

corda
plurio
ad la
s nūc
acer/
natur
ur.ia/
nda/
rebel/
ce pa
certis
m sa/
imus
euel
chri/
reco/
eter

In fa
Folite flere sup
Verba hec redemp
est mihi non alien
uenimus: plorem
Quandoquidem
re quem ob mortem
genus leuare ex p
doloris nostri caus
Folite patres et col
viri christiani flere
stros quos in verbo
cul dubio sacer sen
iorem profecto epis
patris amissione si
uersa respublica cri
presidio singulari et
nimium vulnus ac
et animam nostram
concidit et vinee do
mis proloqui de m
us perhibeatur q
cassum laborandur
huius nostre procel
tur hinc patri reuer
um. reddetur in di
honorem et sicut vfi
quod fama negatur
tre ad superos euo
eius desiderium. la
bratur colitur q
latius propagabun
rum seculum indige
gimus et semel qui

Per a

cupus

my, d

Ciacon

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

88 59

*Funebri oratio
in obitu R. Cardi-
nalis Spoletani.*

•
fuz
on
re.
lov
au/
em
is.
lite
re/
pro
ia/
nti
ni
uo
en
ra
mi
ri/
ili/
in
et
li/
nt/
tz
is
pa
ris
le/
eo
tu
le/
go
i.
a.
9.

Nolite flere super me sed super vos flete et super filios vestros.
 Verba hec redemptoris nostri. Luca. xxiii. capitulo scripta. Usus
 est mihi non alienum in hac funebri pompa in qua frequenter con-
 uenimus: ploremus: lamentamur: merore conficimur usurpare.
 Quandoquidem audire videar Reuerendissimum et nos dolo-
 re quem ob mortem eius concepimus ei assidua meditatione au-
 gemus leuare ex parte eiusdem verbis contendentem aut saltem
 doloris nostri causas aperientem. vos alloquitur omnes dicens.
 Nolite patres et college amplissimi. Nolite christi milites. Nolite
 viri christiani flere super me sed super vos flete et super filios ve-
 stros quos in verbo dei christo domino conciliatis. magnam pro-
 cul dubio sacer senatus vester hac morte erumnas pertulit. ma-
 iorem profecto episcopalis ordo et clerus omnes iacturam intanti
 patris amissione sustinuit. maximam proinde dolor calamitatem uni-
 uersa respublica christianorum et bonorum omnium conuentus suo
 presidio singulari et viro hoc exemplari orbatu susceperunt. Ille ben-
 nimum vulnus ad actum est. intima ecclesie militantis viscera
 et animam nostram gladius iste pertransiuit. Flos agri christiani
 concidit et vinee domini optimus cultor: non possum sine lachri-
 mis proloqui de medio sublatum est. Proinde cum nihil difficili-
 us perhibeatur quam magno dolori paria verba reperire non duxi in-
 cassum laborandum. dum verbis meis dolores vestri necnon et
 huius nostre procelle magnitudinem explicare contendo. Reddi-
 tur huic patri reuerendissimo equale et celebre homini testimoni-
 um. reddetur in dies celebrius desideratur ab omnibus in vestre
 honorem et sicut usu vel verius liuore quodam euenire solet viuis
 quod fama negatur et sua quod rarus tempora lector amat. Tanto pa-
 tre ad superos euocato crescit indies in nobis et posteris nostris
 eius desiderium. laudatur una omnium voce comendatur cele-
 bratur colitur quam maxime verum eius laus et perhennis gloria eo
 latius propagabuntur quo magis eius sapientia et presens et futu-
 rum seculum indigebit. De fenice qui sua specie unica est auis. le-
 gimus quod semel quingentesimo quocumque anno nascatur ex longo

*Funeris Oratio
 in obitu R. Cardi-
 nalis Spoletani.*

*Bernardus. Alexius Varniensis, Epi-
 scopus Sabiniensis, et Cardinalis Spoleta-
 nus, Decessit Roma die 3. April. 1479.
 Cicconius lib. 2. col. 1036.*

intervallo magna generantur. nec paucum singularia dona deus
omnipotens elargitor. mediocria sepe natura producit. eximia ve
ro raritate comendat. Recessit a vobis consolator. vester consul
tor. vir sanctissimus vita et moribus doctrina prestantissimis om
ni ex parte clarissimus. non facile erat seculo nostro aut futuro ei
similes reperire. Verum enimvero siue quod diuine voluntati et
iussu cie necnon etiam nature necessitati illi cedendum fuit. siue
quod euo finitur sempiterno. Rosque ituri sumus ad eum non ipse
per lacrimas nostras reuocabitur ad nos siue quod diuine ani
maduersionis ratio et resurrectionis spes ita mouent. siue quod per
aduersa illi probamur et alijs patientie exempla prestare nos po
stulat non iniuria ab ipso Re. patre instruimur ut super eum fle
re volumus diuino munere animas in corpora humana infundi
omnes. Et scimus et fatemur nobis in hac valle miserie pro arbi
trio diuina peregrinandum esse cognoscimus ad alterius vite pre
parationem exercemur. Deo quoque iubente ex carnis nostre com
pedibus solvimur. ex hoc carcere mundi euolamus ex fluctuoso
mari et continuis procellis in eterna tabernacula recipimur: sed et
ubi fata ostendunt concessum a se quodcumque deus omni po
tens reposcat reddendum est creditum suum. decet creditorem re
cipere quod utendum accepimus. bona fides restitui iubet diui
ne maiestati gracie agende sunt quod dederit utendumque diuini
serit non reposcenti ingrata mente resistere. Job patientissimum
imitemur. dicentem dominus dedit etc. Pulchre quidem Ciceronia
nus et in decretis patrum a Graciano translatus est vos increpat di
cens. quam preposterum est quamque peruersum cum dei volunta
tem fieri postulemus quando euocat nos et accersit de hoc mundo
non statim eius voluntaria imperio pareamus. obuiamur et relu
ctamur. et pernitiuam more seruorum ad conspectum domini cum
tristitia merore producimus. Exeuntes istinc necessitatis vincu
lo non voluntatis obsequio et volumus ab eo premijs celestibus ho
norari. ad quem venimus inuiti. Sophocles quoque gentilis poeta
inquit. Vita brevis nobis ad tempus viuimus omnes: aut anim?

*Nam h. posuisti in nex
uo pedem meum*

13.4.2

poeta

mortem seniumque ignorat et idem vivit in eternum. namque manet
 animi mortali in corpore mortis. expertes homini concessus si in
 tus usu est ei imago dei. divina quoque iusticia factus est ut homo
 qui in statu innocentie poterat tum anime prestantia que corpus
 preservabat non repugnante in eo concupiscentia tum paradisi ali
 mentis tum dono dei non mori propter peccatum amissa origina
 li iusticia in laqueum mortis inciderit. ut sicut siue voluntas hominis
 siue sensus in obedientie suggestioque demonis a deo recesserit sic
 anima corpus desereret. nec perseveraret nocens concupiscentia tor
 queretur nec alimento vite preservaretur. sed mortem obiret. Et
 ideo sapientissimus Salomon sapiens. ij. ca. inquit Quoniam de
 us creavit hominem inextinguibilem et ad imaginem similitu
 dinis sue fecit illum invidia diaboli mors introiit in orbem ter
 rarum et in consilio muletano cautum est quicumque dixerit adam pri
 mum hominem ita mortalem factum ut siue peccaret siue non pec
 caret moreretur in corpore hoc est de corpore exiret. non peccati me
 rito sed necessitate nature anathema sit. Augustinus quoque super
 genesi. Caro inquit Ade ante peccatum ita immortalis creata est
 ut per alimoniam esset mortis et doloris expertus. Sic ergo immor
 talis et incorruptibilis condita est caro hominis ut suam immor
 talitatem et incorruptionem per observantiam mandatorum dei
 custodiret. et per concessorum escam immortalitatis dona conserva
 ret donec corporalibus incrementis perductus ad etatem que con
 ditori placeret sumeret de ligno vite quo fit ut et theologi et cano
 num periti in hoc simul sentiant peculiare fuisse in statu inno
 centie homini posse non mori futurum in gloria celesti non posse
 mori. nunc autem propter peccatum non posse non mori. ex eo ne
 cessitas nature invaluat. qua dicimus hominem ex quatuor ele
 mentis et corruptibili materia compositum dissolui debere et animam
 a corpore se iungi oportere. quod more dicere philosophi nihil ali
 ud mortem esse designantes quam coniunctorum quandam separacionem
 hinc ortum habuit lex illa qua palam predicat hominem ea lege
 in hunc mundum intrare ut moriatur. proinde divinus Ambrosius

suus in erameron inquit Audi nascuntur omnes nudi moriuntur
nulla discretio inter cadauera mortuorum nisi forte quia grauius
corpora diuitum distenta luxuria fetent. Eymonides quoque dixit
homines pariter possunt inuania sunt eorum studia quod est ineuira-
bile innuet omnibus mors cuius et boni et mali parem partem reci-
piunt. Palas etiam apud homerum Sed neque cellicole quem dile-
xere tueri equa morte quieuit ubi perniciose trabentes fors rapuit
it leti. Quisquis igitur de mortuis dolet et queritur is profecto et
diuinam voluntatem et eiusdem iusticiam et nature necessitatem
accusat. moreque gigantum cum diis pugnare conatur. quod si de vti-
litate defuncti solliciti sumus: christianos vita functos et eos qui
de bonos hos non est quod lugeam? Iside. teste de summo bono qui
ait illi deplorandi sunt in morte quos infernus ex hac vita reci-
pit non quos letificando celestis aula includit. Et dominus ut
in concilio Toletano. traditur. scripsitque Hieronimus ad tyrasium
de morte filie. non fleuit lazarum mortuum sed ad huius vite eru-
nias plorauit resuscitandum. Euangelica quoque voce audimus
dominum dicentem. Si diligeretis me gauderetis utique quia va-
do ad patrem qui hominem de limo terre plasmauit. cum de hoc
mundo in finem dierum nostrorum disceditur cunctis eundem
est De reditu ergo huius mundi ad patrem non esse dolendum
nemo est qui ambigat. Et Socratis sapientissimi sententia Eignii
qui non sine causa appollini sunt ditati quod ab eo diuinationes ha-
bere videantur preuidentes quid boni in morte sit cum cantu et
voluptate moriuntur. qui etiam si deum mortalia cure habere secundum
apostolum petrum credimus qui dixit omnem sollicitudinem ve-
stram proicientes in deum quia ipsi est cura de nobis queri adeo
vos in sortem melioris vite cum de hoc seculo recedendum est. pro-
culdubio tenere et profiteri debemus Argia sacerdotissa Cleobes
et Bitones mater cum ad sacrificandum in quodam templo mor-
tuis inuenturis in via a filiis currum trabentibus perducta esset
rogauit deos ut filiis quod melius illis esset pro hac pietate con-
cederent qui mane mortui reperti sunt. Sic quoque Trophonio et

Agamēdi euenit cum templum delphis appollini edificassent ro-
 gassentq; appollinem quod optimum esset homini eis daret post
 triduum in fata concesserunt Augustinus libro. x. de ciui. dei Pla-
 tonem philosophum refert dixisse. pater miseris mortalis illis
 vincula satiebat ita vt hoc ipsum q; mortales sunt homines corpo-
 re ac misericordiam dei pertinere arbitratus sit. ne semper huius
 vite miseria tenerentur Ecclesiastes quarto capitulo testatur hoc
 ipsum verti me ad alia et vidi calumnias que sub sole geruntur et
 lacrimas innocentum et neminem consolatorem et laudauit ma-
 gis mortuos q; viuentes. Spes etiam resurrectionis vos aduer-
 sus huiusmodi casus inuit iubente hoc ipsum apostolo per hec
 verba ad thesalonicenses quarto Non contristemini sicut et ceteri
 qui spem non habent accedit etiam liquid in morte est aduersi nō
 propterea frangamur. quoniam per patientiam in aduersis pro-
 bamur. Aduersitas enim teste Gregorio que bonis viris obicitur
 probatio est virtutis non iudicium reprobationis. Sic quoq; ali-
 os exemplo vestro confirmabimus. nam Cipriani de morte non
 minus grauis q; vera sententia est non lugēdos fratres nostros
 accensione diuina de seculo liberatos cui sciamus eos non amitti
 sed premitti et occasione non esse danduz gentibus vt vos merito
 reprehendant. quia quos apud deū viuere dicimus vt extinctos
 aut perdere lugeamus. nihil enim prodest se preferre virtutem et
 factis destruere veritatem. Quod autem super vos et filios vros
 hoc tempore in Uniri rarissimi obitum flendum vobis sit. non cō-
 iectura assequi aut argumentis exquisitis inuenire aut men-
 dicatis suffragiis confirmare opus est. sed publica quadam pro-
 cella re ipsa videmus et manibus vt aiunt damna nostra dolē-
 di. S. causas palpamus. Si enim reuerendissimi. D. rē. gravita-
 tem fidem constantiam animi magnitudinem innocentiam an-
 tiquam frugilitatem in summa felicitate et culmine potentie con-
 tinentiam in rebus agendis prudentiam. intelligendis doctrinā
 in explicandis eloquentiam in iudicandis iusticiam. et omni la-
 be vacuam mentem. si eius bonitatem ieiuniorum et totius vite

regularem quandam austeritatem morum integritatem religio-
nem in pauperes Christi piam mentem largam manum multum
subsidiū. Si deniq; singulas eiusde; actiones omni pro;us mē-
da carentes omnes eius vite partes perfectissimas omni officio
et pietate exornatas animo expendere voluerimus ipso vita fun-
cto non vnum Cardinalem tantum obiisse sed omnem recte vi-
uendi normam omnes virtutes omnesq; bonas artes omne dec-
vrbis (nec temere direrim) orbis in summum distrimen addu-
cta et collapsa esse iudicabimus. Flatus in ciuitate Flarnie ex no-
bili erulorum familia adhuc puer nihil plebeuz nihil popolare ni-
hil leue nihil comune cum studio atq; vsu imperite multitudinis
nihil contemnentem pre se tulit sed sobriam a turbis grauitatem
seuam vitam singulare pondus et vt fuit compositus moribus in-
genio acri fecundo et splendido future probitatis sue iudicia ma-
nifesta prestitit. prius imbutus litteris et his quas humanitatis
vocant q; hominum genus exornent et sociale reddant iuri ciui-
li in gymnasio perusino similiter iuri canonico operam nauit
atq; etiam operam quidem vt breui tempore spacia multa immen-
sos in quaz codices iuris dimensus in alma vrbe hac doctorali in-
fula decoratus iuri ciuili publice legēdo prefectus fuerit. Deinde
cum plurimum eius celebritate nominis et litteratura vniuerse ac-
cademie personarent in studio Bononiensi iuris ciuilis cathedre
prefectum est. senarum quoq; gymnasium sua auctoritate ibi legēs
exornauit. a pontifice maximo post hec Eugenio reuocatus in eo-
dem munere legendi cum maximo splendore et gloria in hac vrbe
versus est. Nihil est quod doceri quis q; in iure vellet quod ille
non posset q; facillime exhibere argute et subtiliter disputante; di-
lucide et vere iuris nodos explicantem acriter et ardentem causas
agentem grauitatem et sapienter consulentem laudabant omnes. ve-
nerabantur omnes. admirabantur omnes. Nec tamen interea dū
interpretari. iuribus sese indulget ab aliquo officio aut preclara
actione vocauit. Quinimmo Aristotilis primo ethycorum animo
versans nullam in re humana certitudinem tantam esse quanta

est in operatione scdm virtutem que stabilior quoniam scientia p
 manet iusticie ministrande. pauperum ⁊ oppressorum patrocini
 ecclesiarum tutele intendit nihil sibi indulgens. nulli labori par
 cens. nullius vultum aut potentiam metuens. ita vt ⁊ doctrina ⁊
 integritate huius patrie comunis que totius orbis est caput pri
 marius haberetur. Tanta virtutum prestantia tam sanctis mori
 bus Eugenius quartus adductus est vt illū in iuuenili etate au
 diendis causis que ad curiam hanc deuoluuntur ⁊ rotandis vn
 de auditores rote nuncupantur. preponeret vt luceret lux sua cor
 ram hominibus ⁊ sua bona opera viderent. in quo munere taz re
 cte tam seuerē manus suas ab omni munere excutens omni pro
 fus affectu carēs se gessit. vt illi grauissimo ordini in quo ego tē
 pro maximo munere acceptum sit. qui vir tantis eorum collegio
 quandoq; aggregatus fuerit. huic quoq; idez eugenius monaste
 rium quoddam diocesis perusine ampli census motu proprio co
 mendauit quod ipse post biennium mortuo eugenio nullis fructi
 bus in suum vsum acceptis sed multis in vnum collectis ⁊ succes
 sori seruatīs dimisit magnū sane argumentum humilitatis bo
 nitatis ⁊ liberalitatis vt cum alij ambituz maximo beneficia que
 rant adeptis auide nimis immo auarissime inhercant ⁊ vtantur
 ita vt immaturos sepe numero fructus deuorent ⁊ ingluceant ec
 clesiasq; debitis honorent immensis vltro abbatem abbatiam lo
 cupletiozem affectam ⁊ fructibus plenam a se hic pater reueren
 dissimus abdicauerit. Eugenium quoq; imitatus Nicolaus quin
 tus referendarium hunc sibi deleget. Et cui clauum omnium ex
 peditionum quam signaturaz vocant committere minus sane in
 quo ⁊ integritas ⁊ doctrina plurima desideratur. eundemq; breui
 admodum tempore nihil tale cogitantem. Spoletanum episcopū
 cum patrum qui tunc in ecclesia sancte potentiane missarum so
 lemnitati interfuerant assensu ⁊ plausu acriori declarauit. quod
 quidem vbe spoletan. faustum felixq; fuit quandoquidem eccle
 siam illam auerit ditauerit multifariamq; exornauerit. vrbis ve
 rus pastor non mercenarius in eorum afflictionibus murum s.

opposuerit multis elemosinis et largitate eos adiunxit. illiusque
populi semper defensor extiterit. cancellariam quoque apostolicam
a qua tota hec curia et totus ferme orbis pendet. sapientissime et
modestissime sub eodem pontifice rexit. vrbis vicarius per tem-
pora Nicolai Calixti et p[ro]p[ri]i summa cum homini predicatione ex-
stitit. Demum cum per tot munera velut aurum in fornace proba-
tus esset. Eumque choro Cardineo dignissimum omnium ora con-
clamarent diuino et sapientissimo p[ro]p[ri]i secundi pontificis iudicio
in sanctissimum fratrum suorum cetum assumptus est. Breuique
tempore Perusine ciuitatis et ducatus legatus destinatur dehinc
ad Sabinensem episcopatum translatus fuit quibus dignitati-
bus illustratus maiore robore solertia consilio maiore industria
modestia et constantia maiore fide sanctimonia et caritate san-
ctam matrem ecclesiam eiusque filios pauperes christi in tribula-
tione laborantes vniuersum clerum omnemque rem publicam chri-
stianam quam prius complexus est. ita ut per singulos gradus
cum dignitatum incrementis virtutes quoque suas quibus nihil
addi posse videbatur incrementum mirum in modum suscepisse
omnes faterentur. tanto cum ardore et animi cum affectu ad ec-
clesie sancte vrbis et orbis patrocinium decus et firmamentum fe-
rebatur ut ex rupeo gallero igneum et seraphicum zelum quendam
caritatis capiti suo impositum et ad intima usque precordia dela-
psum quo arderet et totus inflammaretur. liquido demonstra-
ret traditiones apostolicas Immo christi redemptoris nostri tes-
tamentum et hereditatem conseruans qui dixit pacem meam do-
vobis pacem meam relinquo vobis. illam ipsam opulentam here-
ditatem pacis totis conatibus custodiuit vnitatem sancte ma-
tris ecclesie illibatam quo potuit ingenio seruauit. sanctuarium
dei polui passus non est. odia hominum simultatesque tum publi-
ce tum priuatim extinxit. Ciuiles factiones populare sue seditio-
nes sua auctoritate repressit. quicquid arduum ex maioribus cau-
sis ad hanc sanctam sedem deferbat gravissimo et equissimo iu-
dicio animum sui subiciebat incredibili ambitu medicatis ne dixerim

precio redemptis suffragiis importunis precibus hostiatim men-
 dicata gracia oblata sui ipsius seruitute intollerabili iugo suscepto
 ad dignitatem magistratus et honores adipiscendos anhelauit
 multi concurrant multi concertant et digladiantur multi. Hic au-
 tem pater colendissimus omnia ferme huius curie munera digni-
 tates amplissimas sua virtute est assecutus. Tantumque absuit ab
 ambiuit ut quereretur cogendus inuitatis refugeret rogatus a su-
 perioribus non tam ad honorem accedere quam obedientie holocau-
 stum deo exhibere videretur. O virum rarissimum O virum an-
 gelicis animi dotibus predictam. O virum exemplaris nome vi-
 ta nec minus Angelorum consortio dignissimum. Non fucatus
 erat sed sincerus. non versipelles aut mendax aut in tegimentis
 simulationis inuolutus. sed solidus verax et simplex. domi beni-
 gnus. in victu suo parcus. in cultu ut dei seruos decet modicus.
 diuinis misteriis et orationibus sedulo intentus. temporis extima-
 tor ad modum auarus oculi expers viri. monasteria ecclesias ho-
 spitalia edificauit. nonnulla etiam collapsa in pristinum statum
 restituit. Cum itaque bonum certamen certasset visum consumas-
 set fidem seruasset. ut dicit Apostolus restabat ut reponeretur si-
 bi corona iusticie quam deus iustus iudex diligentibus se promi-
 sit hoc ergo ipsius quod reliquum erat ut perficeretur de curso cui
 sui spacio sicut deo placuit ut bonam vitam mors quoque bona co-
 mendaret. quod vltimum terribilium multi affirmarunt in tre-
 pido animo ad felicem et ad eternam vitam properans pertulit.
 quasi cum paulo diceret Cupio dissolui et esse cum christo. Cum
 enim quinquaginta annis glorie sue cuius fundamenta in vice-
 simo anno de iure publice disputans fecit in timore domini super-
 uixisset febris annuum septuagesimum agens correptus est. ex
 quo cum tempus vacatione sue iusticie sentiret vi morbi inuale-
 scen. et viribus deficientibus testamentum quod dudum conscri-
 pserat afferri legi et publicari iussit. Sanctam quidem et piam sue
 mentis testationem eius in quam quod post mortem suam fieri
 nolebat quo perlecto cum aduersus iniquam valitudinem senio

fractis nervis et omni compage corporis ferme resoluta caro nec
quicquam conflictaretur cum dilexisset suos quorum obsequio
usus fuerat. in finem quoque dilexit eos familiam omnem quam
non minus honestam et doctam quem continentem et sibi obedi
entem habebat intra cubiculum suum vocari voluit. eosque pater
no et pio affectu allocutus est ut summi ab eis discessum equo ani
mo ferent. monuit et in timore domini confirmavit. Itaque locu
tus est presenti et forti animo vir egregie cordatis ut non car
ne hanc deserturus ad mortem tendere sed ad vitam exoptatam
patriam commigrare videretur. demum quasi longum iter siue
familia illa arresturus supremum vale singulis dicens osculo pa
cis illis protecto benedictione sancte crucis impensa ad sua nego
cia absoluenta collacrimantes reddere promisit. Resonabat dor
mus plantu et iulato maximo. optimus autem christi adleta co
ronam certaminis sui expectans seipsum aduersus arma nequis
simi hostis preparabat. totum in cogitatione mortis in expurga
tione conscientie sue in psalmis et orationibus deo effundendum
se conuertit. stipatus venerabili capellano suorum et aliorum
patrum religiosorum quorum consuetudine delectatus fuerat co
rona. et eorum precipue quos in cenobio sancti Anastasii extra
urbem dum illud reformauit in obseruantia regularum degen
tes collocauerit tantum ex presenti seculo calcata fortuna quam
vorant et carnis concupiscentia animum aduerterat ut non per
elizeos campos sed per celum vagaretur ante tronum dei supplex
assistere et ab eo exaudiri expeteret. Ea propter nec medicorum
verbis nec aliorum qui de rebus temporalibus loqueretur aures
adhibebant. Sicque omnibus ecclesie sacramentis preceptis in dor
miuo obdormiuit. secunda navigatione usus ad celestem Ieru
salem transfretauit in qua choris angelorum acceptus ut ex vita
suam credendum est vocem illam audire meruit. Euge serue
bone et fidelis quia in paucis fuisti fidelis supra multa te consti
tuam intra in gaudium domini dei tui Cum igitur tantum et ta
lem virum doctorem consultorem protectorem ecclesie cleri speci

men et exemplar bonorum omnium patrem pauperum refugium
 afflictorum solamen a miserrimis vel saltem vos precesserit ita ut
 vobis sine nauta in magnis fluctibus nauigandum sit. et petri
 nauicula spoliata armis remige optimo ne cum aliorum iniuria
 dicas magistro aduersis ventis quaciatur. Quis est qui non do-
 leat Quis est qui non communem esse hanc calamitatem intelli-
 gat. quisquis profecto damna hec non sentit recors est. Quisquis
 sentit et sua et communis causa merore non augere ferens. Quisquis
 merentibus resistit totius proflus humanitati expers viuit et sce-
 na tygride peior existit. Unum quoque in hoc grauissimo bonorum
 omnium casu est quod me magis cruceat. verum enim ne ira dei
 cepta super nos usque in finem perueniat. Legimus enim apud isa-
 iam capitulo tercio Ecce enim dominator dominus exercituum
 auferet ab hierusalem validum et fortem et virum bellatorem et iu-
 dicem et prophetam et auriculum et senem principem super quinqu-
 ginta et honorabilem vultu et consiliarium et sapientem de archi-
 tectis et prudentem eloqui mitticis. Et dabit pueros principes eo-
 rum et effeminati dominabuntur eis et corruet populus vir ad vi-
 rum et unusquisque ad proximum suum tumultuabitur. puer con-
 tra semen et ignobilis contra nobilem hec omnis a vobis Nam
 hoc patre ablata sunt quod propheta cominatur In domino con-
 fitendum est. quod si nimitaurum more conuertemur et peniten-
 tiam egerimus furorem suum a nobis auertet. Curemus itaque in-
 vigilemus enitemur laboremus totis viribus iuste peragendo ut
 possimus ad eum in regno celesti accedere et simul omnes quan-
 doque dicere quod ecclesia in huiusmodi pijs exequijs per Epistolam
 Pauli nos edocet et decantatum paulo ante audiimus. Absor-
 ta est mors in victoria ubi est mors victoria tua ubi est mors sti-
 mulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. Virtus vero
 peccati let est. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per
 dominum nostrum Iesum christum. Interea dum degimus vi-
 tam hanc miserrimam. Cara eius pignora nepotes ex fratre et ali-
 os gentiles suos pro illo cōplectamur atque honore prosequamur

Reuerendis. ꝛc. necnon ꝛ spectra. ꝛc. ꝛ preces fundamus ad domi-
num ꝛ postea stipendiarias lachrimas ꝛ. ꝛ huic patri reuerendis-
simo ꝛ nobis refrigerij sedem ꝛ eterni luminis sui claritatem lar-
gire dignetur Amen.

Habes hic finem orationis que sermoni ag-
gressa est humili conturbatoq; animo in fine
re Reuerendissimi Cardi. Spoletani.